REMIGIUS ALTISSIODORENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 159r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dm credidisse. ⁊ utrumq; uerum est. Tam enim ad emissionem magne uocis

runt ualde dicentes. Vere dei filius erat
iste. Lucas dicit centurionem ad emissionem
magne uocis quamq; ad magnitudi
nem miraculorum tritus centurio credi
dit. Causa quoque miraculorum fides fuit
centurionis. Ecce centurio in ipso scanda
lo crucis ihesum dei filium confitetur. arrius eum
in ecclesia non metuit dicere creaturam. Erant
autem ibi mulieres multe a longe que
secute erant ihesum a galilea ministran
tes ei. Apud iudeos non imputabatur in
culpa si suos preceptores mulieres se
querentur a longe eis de suis faculta
tibus ministrantes. que consuetudo quia
scandalum potuit generare inter genti
les. id circo apostoli ea noluit uti. Vnde
ipse dicit. Numquid et nos potestatem non
habemus sorores mulieres circumducen
di. sicut ceteri apostoli ⁊ fratres domini. cephas. Secundum
hanc consuetudinem deuote mulieres
dominum sequebantur ei necessaria submi
nistrantes. non quod dominus creaturarum earum
egeret cibis. sed ut magistri ecclesiarum
a suis subditis sumerent necessaria. Sed uideamus
quales dominus comites habuit. Maria
scilicet magdalena de qua dominus septem de
monia idem plenitudinem expulit
uiciorum. ⁊ maria iacobi minoris et
ioseph. hec fuit matertera domini. ⁊ ma
trem filiorum zebedei. ⁊ alias deuotas
mulieres. quas ceteri euangeliste commemorant.
Iacobus minor est dictus est alphei. ad
discretionem zebedei iacobi. Sed que
rendum quomodo hec due mulieres secundum
mathem. ⁊ lucam steterunt a longe cum so

lus iohannes dicat eas iuxta crucem
stetisse. Ad comparationem centurionis
⁊ ceterorum qui iuxta crucem stabant
a longe steterunt steterunt et prope.
quia quanto in tuallo ut uocem loquen
tis domini posset audire. siue primo
steterunt iuxta crucem. sed postquam dis
cipulo matrem commendauit propter
frequentiam populi steterunt a lon
ge. Hec mulieres scam significant
ecclesiam. que de galilea id
est de uolubilitate infidelitatis
egrediens secuta est dominum inui
deam. aduere fidei confessionem. C. xxx.

Cum sero autem factum esset uenit
quidam homo diues ab arimathia
nomine ioseph. qui ⁊ ipse discipulus erat
ihesu. Hic accessit ad pylatum. ⁊
petiit corpus ihesu. Tunc pylatus iussit
reddi corpus. Iste ioseph diues
⁊ iustus fuisse describitur scilicet ut
per iusticiam meritorum tanto dignus
esset officio. ⁊ per nobilitatem secula
ris potentie haberet facultatem
intrandi ad presidem ut peteret cor
pus ihesu. neque enim mediocris hoc
facere posset. Sed si iste ioseph
occultus erat domini discipulus propter
metum iudeorum sicut iohannes dicit quomodo
ausus est ad presidem ingredi ⁊ cor
pus petere. quod non ausi sunt qui dominum
sequebantur aperte. Vt hoc faceret
eius prestitit dignitas. siue quousque
scandalum oriri potuit. ipse oc
cultus mansit discipulus. postquam autem